Quelle: http://manuscripta.at/?ID=1843
Copyright: Wien, Schottenstift (Benediktiner)

materiate ruinose sed hoc preter dominum nemo sciat / Que
ro si hoc emptoribus venditor non dixerit edesque ven
diderit pluris multo quam se venditurum putarit num id
iniuste aut improbe fecerit / Ille improbe vero inquit an
tipater / Quid est enim aliud erranti viam non monstrare /
Quod athenis execrationibus publicis sancitum sit si hoc
non est emptorem pati ruere et per errorem in maximam
fraudem incurrere plus etiam est quam viam non monstrare
Nam est scientem in errorem alterum inducere / Diogenes
contra / Num te emere coegit qui ne hortatus quidem est /
Ille quod non placebat proscripsit tu quod placebat e
misti / Quod si qui proscribunt villam bonam beneque edificatam non
existimantur fefellisse etiam si illa nec bona est nec edi
ficata ratione multo minus qui domum non laudarunt
ubi enim iudicium emptoris est ibi fraus venditoris que
potest esse / Sin autem dictum non omne prestandum est
quod dictum non est id prestandum putas / Quid vero
stultius est quam venditorem eius rei quam vendat vi
tia narrare / Quid autem tam absurdum quam si domini iussu
sic ita preco predicet domum pestilentem vendo / Sic
ergo in quibusdam causis dubiis ex altera parte de
fendere honestas ex altera ita de utilitate dicitur /
ut id quod utile videatur non modo facere honestum sit /
sed etiam non facere turpe / Hec est illa que videtur
utilium fieri cum honestis sepe dissensio que diiudican
da sunt non enim ut quereremus disposuimus sed ut
explicaremus / Non igitur videtur nec frumentarius
ille et rhodius / nec hic venditor edium celare

emptores